



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 34. Concilium Bituricense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII.
A. C. 1286.

§. XXXIV.

Concilium Bituricense.

Simon Bellolocensis Bituricarum Archiepiscopus hoc anno die Jovis post octavam Natæ Virginis Virginum 19 Septembris pariter concilium provinciale habuit, cui ex Suffraganeis illius tres intererant, Girbertus Lemovicarum, Raymondus Rutenæ, ac Bernardus Albigeus Episcopi. Hoc in concilio Archiepiscopus constitutionem triginta septem capitula continentem in publicum edidit, ut revocarentur in memoriam, ac executioni darentur ea, quæ prioribus in conciliis statuta fuerant. **J**udices ecclesiastici matrimonia illegitima impedire ac rescindere, & partes sine respectu qualitatis disjungere curabunt; nec alter alterius ex jurisdictione quidpiam abstraherent.

c. 3. 33. 34.

c. 9.

c. 10.

c. 11.

Amittet suum beneficium, qui proscriptus per annum manserit. Parochii libellum proscriptorum habebunt, ac dominicis festisque diebus eos publice denunciabunt. Promulgabunt etiam minimum semel singulis mensibus sanctionem Gregorii X in secundo concilio Lugdunensi factam, decretumque Legati Simonis Briensis in concilio Bituricensi anno 1277 editum contra turbatores

to. II. p. 1246
2522.

c. 1. 2.

tores jurisdictionis ecclesiasticæ. Le- Sæcul.XIII.
gent ea Latine & Gallice, ac sedulo ex- A.C.1286.

plicabunt, nequis laicus eorum ignoran-
tiam simulare possit. Commissos suæ fi- c. 13.
dei monebunt, ut quotannis minimum
semel Sacerdoti suo vel alii permissu ejus
at Episcopi conscientiam noxarum de-
tegant. Hoc sine constitutionem Inno- c. 14.

centii III in concilio Lateranensi editam, Sup. l. 77.
decretum Clementis IV pro Dominica- §. 52.
nis, & sanctionem Martini IV in gra-
tiam Fratrum Minorum recitabunt ac
exponent.

Aliquot hujus concilii canones spe- c. 18. 19. 20.
stant ad correctionem Regularium; & 23. 24. 25.
magnam disciplinæ remissionem indicant.
Inter alia prohibetur, ne decimas a lai-
cis damno parociarum sine consensu E-
piscopi accipiant.

Testamenta non fient nisi præsentem c. 30.
Parocho ob restitutiones, compensatio-
nesque injuriarum: ac Episcopi execu-
tionem testamentorum curabunt. Qui c. 29.
per annum integrum anathemate con- c. 31.
stricti hæserint, dabunt operam, ut duos
intra menses absolvantur; alioqui no-
vem librarum Parisiensium multam de-
pendent: & Magistratus civiles etiam
censuris ecclesiasticis, si opus erit, adi-
gentur, ut hos proscriptos ad petendam
absolutionem compellant capiendo ipsos,
& bona eorum occupando.

Q 3 §. XXXV.